

# CONSILIUM D. ANTONII DROGHI I. V. D.

In materia Adulterij elegans, & placidum, In quo explanatur intelligentia, & practica, ad l. Reos, & ad l. Denunciasse, §. Quæritur, ff. de Adulter.



## S V M M A R I A.

- 1 Oculi in amore duces.
- 2 Vno inconuenienti dato, subsequuntur plura alia.
- 3 Solus cum sola repertus in loco remoto, & secreto, ostioque obseruato suspicionem commissi adulterij in alias suspecta parit, & presumptionem non parum urgentem prognerat.
- 4 Simultanea conuersatio an sufficiens inditium sit ad adulterij faciendum delationem, vel accusationem.
- 5 Amicitia magna sanguinis coniunctioni equiparatur.
- 6 Ratio vbi eadem est, idem ius statuendum venit.
- 7 Presumptio violenta non admittit probationem in contrarium; & crimen adulterij commissum indicat euidenter.
- 8 Coniecturis quibus & quando probetur.
- 9 Nuditas an necessario requiratur ad presumptionem de adulterio faciendam.
- 10 Fractura muri euidentis & notabilis an presumi faciat de crimine adulterij.
- 11 Nocturnum tempus an criminis admissi conuincat delatum.
- 12 Pena difformis congregiendi cum honesta vitæ matrona, & cum alia infamis nominis & carnaliter delinquere solita.
- 13 Vtilitas mulieris a pena adulterij delatum liberat.
- 14 Homicidij pena ordinaria mors naturalis.
- 15 Sacerdotis, aut religiosi cum muliere amplexus benedictionis ergo factus fuisse presumendum est. Limita vt num. seq. 16.
- 17 Retorsio criminis proprii & in alium facta transfusio quo nomine ab oratoribus donetur. Quomodo verò a Iuriscunsultis appelletur num. seq. 18.
- 19 Menelai simplicitas peregre proficentis Helena coniuge hosti ti suspecto commendata.
- 20 Violati hospitij reus Paris Menelai simplicitatem ex humane subortam elusit.
- 21 Vindicta violati thori armis exercita in Paridem competens facti enormis operationi.
- 22 Legibus amica simplicitas, odiosa calliditas.
- 23 Accusare vtrumque vno tractu an liceat marito adulterij cum adulteram legum indulto. An etiam ambos sic confodere. num. seq. 24.
- 25 Ius & iustitiam administrari petens quid requirat a iudicis officio, quidque soluta sint huiusmodi verba operari.
- 26 Generalis consuetudo Cæsareas leges Adulterij pœnas decernentes aboleuit.
- 27 Adulterij accusationem ab Aula recessisse attestantur multi.
- 28 Lex Reos, antiquata municipalium legum decreto.
- 29 Qualiter hodie in crimine violati thori legum vigore municipalium procedatur.
- 30 Confessio rei man sese indicata quibus inditijs probatur verborum prolatis.
- 31 Coniectura, difficili probatione delicti existente, & presumptiones sufficiunt ad indicia habenda criminis patrati.
- 32 Absolutio vnius alteri con reo quibus casus non prosit.
- 33 Causarum continentia quo casu non diuidantur.

- 34 Lex denunciaste, olim in suo rigore constituta ad presens abulita in desuetudinem abiit.
- 35 Crimina vtrique foro communia non vno processu euacuantur, & iudicantur.
- 36 Plenam probationem an dici possit resultare violentis presumptionibus probabitis, & subsistentibus.
- 37 Adulterij an accusari possit principis alicuius seruitijs destinatus.
- 38 Atrocitas criminis priuationem officij elicit in delinquente. Quod tamen in adulterio locum non habet.
- 39 Publicum crimen hodie desit esse adulterum, nomen priuati sibi vindicando.
- 40 Mariti interest admissi criminis ab adultero delationem fieri, & punitionem procurare.
- 41 Allegans absolutionem concessam, an delicti perpetratione fateri dicatur.
- 42 Euentu nihil operante frustraneè de casu agitur.
- 43 Matrimonio non subsistent accusatoris de adulterio commissio querela infertur nequit.
- 44 Matrimonia quibus ceremonijs iuxta Concilij Trid. decreta hodie conueniat celebrare.
- 45 Dotis amissio legum vigore adulterij crimen consequitur probatum. Idque vtriusque inris tam Pontificij, quam Cæsarei decretis num. seq. 46.
- 47 Alimenta publicæ declarata meretrici coniugata de iure denegantur.
- 48 Adulteria hodie impunita esse praua et illaudata omnino consuetudine inductum fuit.
- 49 Criminis nomen adulterio competit licet priuatum vocetur.
- 50 Consuetudinis obseruatione introducta quænam subseuire debeant.
- 51 Expilata hereditatis crimen vxori nequit intentari.

**I** Vucnes ambo, & cupidi; super quibus deponit G. Gr. Testis; Quod eorum ÷ oculi erant in Amore Duces; Vulgo præcesserat, *il far l'amore*; Quorum vnus videlicet femina probatur adulterari solita, nec masculus est Sanctus Ioann. Baptista; Imò præmonitus, vt caueret a tali consortio, per hæc verba; *Sappi V. Signoria che il marito m'ha detto, che vuole v sar' ogni stratagemma per trouar sua moglie in fallo, & per vedere chi anderà in casa sua*; Quo audito nil aliud respondit, sed cachino emisso terga uerit; Super quo actu, Illud absurdum est, in Cic. De Amicitia libro primo, quod hi, qui momentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt, eam capiunt, qua carere debent. Horat. Epistola ad Falcu. libro primo, Monitus, multumque monendus; Qui non profecit; Reperti postmodum soli in abditiori parte domus ostio se ra clauso, ibidemque ambo per satis notabile spatium temporis, (vt fatentur) steterint, nec longe a thoro; negantes, non solum Adulterium commississe, sed ibidem ad alia colloquia familiarium rerum sese contulisse; Adeo inualuit

inualuit talis negatio, vt per iuuenem probatis contra maritum accusatorem pluribus dictæ mulieris adulterijs, ipse absolutus euaserit; Qua absolutione stante, illatiuè, & in consequentiam, audeat iste talis si repertus in mediũ afferre authoritates, & Doctores; qui d cant, & ipsam adulteram propterea & necessario absolutam fore; Et quidem vera est sententia; Quia ÷ dato vno inconuenienti, plura sequuntur, & Abyssus Abyssum, inuocat; Sed quid mirum? Adeo inualuit, vt omnis culpa in maritum versa sit, qui causam tali colloquio in solitudine dederit; ipsumque propterea, vt propria vxoris lenonem accusauerit; Contra text. in leg. secund. §. Qui hæc dicit, & §. extraneus ff. de Adulter.

Est tamen, quia hi duo soli, & clausi reperti sunt, etiam quod nil aliud incontrarium haberent, nisi factum ipsum, quod negare non possunt, soli enim ÷ in loco domus magis remoto, & secreto, & ostio se ra clauso reperti, & capiti sunt Adhuc reperto; Quod non tantum de adulterio suspecti, sed vrgentissima presumptione suspectissimi; Contra quam nec etiam in contrarium admitti probationes aliquas probat text. in leg. si qui, C. de adult. inducendo illum textum hoc modo. nam ibi aliqui erant accusati de adulterio ÷ propterea quia infimul reperti erant conuersari, prout reperti sunt conuersantes hi duo; probauerunt vinculum parentelæ: qua probata, vterius non processerata accusatio. Incredibile namque videbatur, stante tali vinculo: at comperto postea, quod prohibitas nuptias contraxerant, adulterium, quod incredibile videbatur non solum credibile, sed probatum fore voluerunt Imperat. Honorius, & Theodosius illius legis auctores. Or, si verum est, quod ÷ magna amicitia idem operatur, quod coniunctio sanguinis, prout est verissimum: imò his temporibus deteriora faciunt coniuncti, quam extranei, teste super his Marfilio Rub. de fideiuss. a numer. 134. cum plur. seqq. cui concinit Esopi fabula, de qua meminit Gellius Noct. Atticar. libr. secund. capitul. 29. Durante amicitia adulteri cum marito, ex parte tamen adulteri cum vxore in secrete reperti, fida semper, & simulata, excusabilis erat tunc temporis conuersatio, adeo quod si accusati fuissent hi sic reperti, de adulterio, talis amicitia, æquè ac parentela eos excusare poterat. At amicitia simulata comperta, vt statim infra, & declarata mariti animo, per relationem animo ficto patefactam vt supra reperta postmodum vxore modo, quo supra tanquam si nuptias contraxissent, vt in dicta l. si qui. de adulterio infimul commissio, durante etiam tempore amicitiaë contigiti habendi sunt. Vbi ÷ enim eadem est ratio, idem ius statuendum est, nulla enim ratio diuersitatis in his duobus casibus, cognatus, an amicus foret, dari potest, quæ causam diuersificare possit, & profecto si iste casus in terminis propositus fuisset Imperatoribus illis, hoc idem super casu, de quo agitur, disposuissent, ad Gloss. in leg. tale pactum, ff. de pact. & in hoc proposito melius loquitur Philosophus Et hic libro quinto, cap. 15. Quando igitur (ait) lex vniuersaliter loquitur, & accidit, quid præter vniuersale, tunc rectum est, vt quæ omisit Legislator, & deficit in simpliciter loquendo emendetur omisum, quod & legislator ipse si adesset, vtique diceret.

Demum non ambulando per mendicata suffragia, in proprijs terminis habemus auctoritatem Diui Thomæ, de quo legitur Iesum benedictum dixisse, Benè de me scripsisti Thoma, in 4. Sentent. distinet. quint. quæstione 4. articul. quem locum citat Addit. ad Abb. in capitul. quanto, sub numer. 2. littera A de præsumpt. vbi dixit; Quod tali præsumptio ÷ si inueniatur solus cum sola, vel nudus cum nada; & tempore adeo, est violentia, vt non admittat probationem in contrarium. Imò etiam si nudi reperti non sint, nec in lecto, Adulterium ex tali violenta probatione presumi probat ipsemet Abb. in capitul. literis, in fin. & in capit. 3. loco, sub numer. quart. ibi. Vnde puto, quod si fuisset repertus in camera cum muliere sola horis ad hoc commodis, satis sufficeret, &c. extra eod. titul. de præsumptio. Idem Abb. in capitul. præterea; qui tex. dat modum, & formam probandi Adulterium, sub numer. 3. versicul. quandoque ÷ coniectura sunt strictissimæ, &c. extra de testibus, post Bartol. in leg. secund. in princ. ff.

de furt. Vix enim (ait) res ipsa adulterium denegare audeat; appar et ergo quod solus cum sola reperti, si hora commoda, & secreto loco abditu reperiantur, quod arctantur à violenta presumptione, etiam quod non sint nudi, nec in lecto; Et licet ÷ dixerint aliqui ad conuincendum sic repertos necessariam fore naturam prædictam, vt ex mente Roscelli inter consilia Baldi, refert Crauet. consilio 205. numer. 21 & criminaliter de adulterio puniti possint; quia ciuilitè agendo nulli dubium est, quin contigiti sint, si modo reperti fuerint, vt ibidem, tamen cum præter solitudinem in secreto, & ostio clausulo habeamus multa alia inditia ad rem venereã præambula, *il far l'amore*; monitionem sic reperto factam, Et quod necessario accessus ad dictam mulierem erat clam factus, quia sine dubio stante eius voluntate, vt supra declarat, ipso inuito, vel ignaro fiebat; & ignorante eo præsumi necessario debet, vt arguit Crauet. dict. consilio 205 sub numero quinto. Cum nec amplius excusari posset sub clypeo amicitiaë, quia certior erat iam factus amicus iste de contrario marito animo, talem amicitiam iam sibi suspectam manu; ÷ ad datur fractura muri non à molli, & muliebri manu, sed a duriori omnino præsumpta, dicant quicquid velint in se se concordēs sic reperti; quia cum plus dicunt, minus probant: Nemo est, qui naturali tantum rationi subiaceat, quin visibiliter agnoscat, tale repertorium fuisse adulterium, puniant modo ciuilitè, aut criminaliter aut et impuniti euadant, nõ est propterea, quod de adulterio conuicti non sint; & licet hoc factu non sit tempore noctis, ( ÷ quod tempus etiam aliqui dixerunt opportunum fore ad conuincendum de hoc crimine) tamen Ouidio teste, quando Vulcanus Venetrem in adulterio cum Marte deprænsam cognouit, quæ fabula cum præsentis Historia multum confert, de arte amandi, libro secund. tam de die quam de nocte indifferenter fiunt adulteria.

*Fabula narratur toto notissima Cælo*

*Mulciberis capti, Marsque, Venusque dolis*

*Inditio Solis; Solem quis fallere potest?*

*Cognita Vulcano Coniugis acta sua.*

Et quo ad nuditatem, illud fuit ex accidenti, nempe si Diui illi ab antiquis, vestimentis cooperti conuicti fuissent, partipendisset Poeta illos in adulterio repertos, vestimentis suis indutos referre: At enim non est offensa propterea illius sancti, nec aliorum, vt supra recitatorum auctoritas, & doctrina: eo quod ad eius defensionem probauerit sic repertus, Mulierem hanc coniugatam fore, & esse publicam meretricem, & adulterari solitam: Nam non propterea exclusit, nec excludere intellexit proprium delictum, sed sub tali defensionis pœnam alioquin debitam cuitare voluit, cum ÷ vtique alia sit pœna cum muliere honestæ vitæ, alia cum coniugata, & meretrice: vt per Clar. in §. Adulterium versicul. quæro nunquid dicatur, &c. Quia vt refert Baiardus ex aduerso allegatus in dicto §. Adulterium, numer. 27. versic. Item adde quod habens, &c. vilitas ÷ vitæ huius mulieris etiam ad pœnam adulterij excusauit, modo, quo dicimus excusari homicidam cum occidit illum, quem impune occidere poterat, licet ÷ alias pœna homicidij sit mortis, idem Clarus in dicto §. homicidium, versic. plerumque. Non negauit ergo per tales defensiones adulterium, nec in contrarium probare voluit, quia si contrarium probare voluisset, capitulasset suam propriam, & adulteræ bonam famam, aut quod verissimile non fuisset ipsum sic repertum opus venereum perpetrasse, aut perpetrare voluisse: puta propter amicitiam illam, sed tenor amicitiaë iam detectus erat marito, nec erat illa, de qua per Senecam; ostendisset, quod talis impotens foret, vel quod ÷ Sacerdos, aut Religiosus, qui si reperitur in amplexu cum muliere, præsumitur causa benedictionis, aut Sartor, qui mensuram fortè voluisset mulieris lumborum habere pro vestitu, licet quidem has confabulationes, quas concorditer hi duo sic reperti, pertractasse de pulmento, siue farina dixerunt; hodie non admittat Canon. nec ÷ etiam in religiofo, vt per Gloss. in capitul. abstit. verb. finistrum, 11. quæstio. 3. Imò scribit Angel, Aret. in tract. de malef. in verbo, *Che hai adulterato*, versicul. An patri, &c. A tali benedictione libera me Domine; vel quouis alio modo remouisset malum sensum ab actu, qui concipitur in tali solitudine, & ostio clauso;